ſtra Francofurti cis Viadrum, ante annos circiter quindecim docere publicè juſſus ſũ, aliis porrò proponere præcipuè & perſuadere ſtuduiſſem.

Satis hoc eſt ad intelligendam cauſam, quamobrem Illuſtrisſima Veſtra Nomina, quibus gratitudinem & ſubjectionem meam, quibuscunque modis teſtari teneor, huic qualicunq; operi præſcribere voluerim ac debuerim: nihil aliud orãs ac deſiderans, quàm ut veritatem, cujus hactenus occaſione ac amore vobis & facere multa & pati divinitus datum eſt, juvare porrò ac promovere per Dei gratiam, victis ac ſuperatis obſtaculis omnibus, nunquam deſinatis. Alia quæ ad operis ipſius rationem pertinent, ne Vos hic diu teneam, Lectorem pleniùs docebit Præfatio.

Accidit nõ rarò, quoties apud illos